

S

I G I S M V N D V S

Tertius Dei grā rex Polonia, magnus dux Lithuania, Rulsia, Prussia, Masouia, Samogitia, Littonia, nec non regni Suecia proximus haeres et futurus R. & X. Significamus presentibus hisce quorum interest, vniuersis et singulis, cum commendata nobis fuissent, in nos et temp. regni nostri fides atq; merita. *Famati Henrici Engelsteden*, nos benignam eorundem rationem, habendam existimantes, *Illustri et magnifico Joanne de Zamoscie*, regni nostri Cancellario et exercitu generali, nec non *Belzense, Mariaburgense, Doryaten, Knyshinense, Grodecen, Niedzierecen, Janorouense* capiteo nostro, non modo in id consentiente, verum pro eodem, etiam ad nos intercedente, in commemorata praefectura Doryatense duos rucos agri deserti, ad villam *Palkast*, territorij *Saiesor* pertinentes, atq; ante quidem, socio ipsius *Joanni Kijbus* ea lege traditos, ut triennio exacto, certum censum annuum, ex eo penderet, nunc uero ante triennij eius decursum commemorato *Henrico Engelsteden* ab eodem *Kijbus* cessos, ad extrema eiusdem *Henrici Engelsteden* vita tempora, ab omni censu, atq; oneribus, rusticis immunes conferendos duxisse; quemadmodum, quidem, cum omnibus commemoratorum rucorum, proventus, fructibus, redditibus, cumq; omnibus omnino oportunitatibus, et utilitatibus, q; uel nunc in illis sunt, uel postea institui in illis ab eo poterunt, a commemorato *Henrico Engelsteden*, ad extrema usq; vita eius tempora tenendos, habendos, possidendos, annuis, donamus, conferimus. Promittimus pro eo, nostro successerumq; nostrorum nomine, uerbo nostro regio, neq; nos commemorati *Henrici Engelsteden* vita durante, quancumq; etiam, ob causam, aut mensa, cubina, uel quancumq; tandem necessitatem nostram, rucorum eorum possessione, successoresue nostros eum moturos, neq; ab alio quocumq; moueri passuros. Juribus no, s; his regalibus ac reipub. saluis per omnia, manentibus. Datum *Warsawia*, die *xxxi*: mensis *Januarij*. Anno Domini: *M*: *D*: *Nonagesimo primo*. Regni nostri anno quarto.

Sigismundus Rex



Rkp 1220/3

Engelsteden